Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

nutrias. ac pietatis studio que sunt
nutrita custodias. p. sec. Propi
ciare domine supplicationibus nostris. et has hosti
um oblationes benignus assume. et ut nul
lius sit irritum votum. nullius vacua postu
latio. presta ut quod fideliter petimus efficaciter
consequamur. p. com. Repleti domine mu
neribus tuis. tribue quesumus. ut eorum et munde
mur effectu. et muniamur auxilio. p. Dom. vij.
Deus cuius providentia in sui dis
positione non fallitur: te supplices
exoramus. ut noxia cuncta submo
veas. et omnia nobis profutura concedas. p.
Deus qui legalium differentias secret.
hostiarum unius sacrificii perfectione san
xisti. accipe sacrificium a devotis tibi famulis.
et pari benedictione sicut munera abel sancti
fica. ut quod singuli obtulerunt ad maiesta
tis tue honorem. cunctis proficiat ad salu
tem. p. co. Tua nos domine medicinalis
operatio. et a nostris perversitatibus clementer